

salutem, possunt tuto et securè Deo dicere : Si decipimur, à te decepti sumus ?

Sed, inquit, ex adverso hujus sententiæ stat S. Augustinus, quem in his questionibus ducem sequi testantur Romani pontifices et concilia. — Respondeo primò id à multis negari, et contraria huic opinioni testimonia, ex sancto Augustino afferri. Respondeo secundò, dato, non concesso, quòd hæc fuerit opinio S. Augustini, non omnia que in refellendis hæreticis à D. Augustino sunt proposita, de fide existimata fuisse ab iis, qui doctrinam ejus maximè commendârunt, sanctis pontificibus et conciliis ; sed alia tanquam de fide definierunt, alia probabiliter dicta arbitrati sunt ; de quibus libera posteritati judicia relique-

## CAPUT X.

1. Fratres, voluntas quidem cordis mei et obsecratio ad Deum, fit pro illis in salutem.

2. Testimonium enim perhibeo illis, quòd æmulationem Dei habent, sed non secundum scientiam.

3. Ignorantes enim justitiam Dei, et suam quærentes statuere, justitiam Dei non sunt subjecti.

4. Finis enim legis Christus, ad justitiam omni credenti.

5. Moyses enim scripsit quoniam justitiam, quæ ex lege est, qui fecerit homo, vivat in eâ.

6. Quæ autem ex fide est justitia, sic dicit : Ne dixeris in corde tuo : Quis ascendet in cælum ? id est, Christum deducere ;

7. Aut quis descendet in abyssum ? hoc est, Christum à mortuis revocare.

8. Sed quid dicit Scriptura ? Propè est verbum in ore tuo, et in corde tuo ; hoc est verbum fidei, quòd predicamus ;

9. Quia si confitearis in ore tuo Dominum Jesum, et in corde tuo credideris, quòd Deus illum suscitavit à mortuis, salvus eris.

10. Corde enim creditur ad justitiam ; ore autem confessio fit ad salutem.

11. Dicit enim Scriptura : Omnis qui credit in illum non confundetur.

12. Non enim est distinctio Judæi et Græci : nam idem Dominus omnium, dives in omnes qui invocant illum.

13. Omnis enim quicumque invocaverit nomen Domini salvus erit.

14. Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt ? aut quomodo credent ei, quem non audierunt ? quomodo autem audient, sine predicante ?

15. Quomodo verò predicabunt, nisi mittantur sicut scriptum est : Quàm speciosus pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona !

16. Sed non omnes obediunt Evangelio : Isaias enim dicit : Domine, quis credidit auditui nostro ?

17. Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi.

18. Sed dico : Numquid non audierunt ? Et quidem in omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terre verba eorum.

runt. Quod manifestè declarat Cælestinus papa, qui, postquam Pelagianæ hæresis capita damnavit, sic concludit : Profundiores, difficilioresque partes occurrentium questionum, quas latius pertractarunt, qui hæreticis restiterunt, sicut non audent contemnerent, ita non necesse habemus astruere. In eo autem profundiorum questionum genere, reponi sanè potest hæc de prædestinatione controversia.

Utraque igitur opinio probabilis, et cuius illà Romani pontificis sententiâ permittitur quam voluerit amplecti ; sed quæcumque amplectamur, trepidi et humiles amplectamur, scientes, et plèné persuasi, quoniam *inscrutabilia sunt judicia Dei*.

## CHAPITRE X.

1. Certainement, mes frères, je sens dans mon cœur une grande affection pour le salut d'Israël, et je le demande à Dieu par mes prières.

2. Car je puis leur rendre ce témoignage, qu'ils ont du zèle pour Dieu ; mais leur zèle n'est point selon la science,

3. Parce que ne connaissant pas la justice qui vient de Dieu, et s'efforçant d'établir leur propre justice, ils ne se sont point soumis à la justice de Dieu.

4. Car Jésus-Christ est la fin de la loi pour justifier tous ceux qui croient en lui.

5. Or Moïse dit, touchant la justice qui vient de la loi, que celui qui en observera les ordonnances y trouvera la vie.

6. Mais pour ce qui est de la justice qui vient de la foi, voici comme il en parle : Ne dites point en votre cœur : Qui pourra monter au ciel ? c'est-à-dire, pour en faire descendre Jésus-Christ.

7. Ou, qui pourra descendre au fond de la terre ? c'est-à-dire, pour rappeler Jésus-Christ d'entre les morts.

8. Mais que dit l'Écriture ? La parole n'est point éloignée de vous ; elle est dans votre bouche et dans votre cœur : telle est la parole de la foi que nous vous prêchons.

9. Parce que si vous confessez de bouche que Jésus est le Seigneur, et si vous croyez de cœur que Dieu l'a ressuscité d'entre les morts, vous serez sauvés.

10. Car il faut croire de cœur, pour obtenir la justice, et confesser la foi par ses paroles, pour obtenir le salut.

11. C'est pourquoi l'Écriture dit : Tous ceux qui croient en lui ne seront point confondus.

12. Parce qu'il n'y a point en cela de distinction entre le Juif et le Grec, puisque tous n'ont qu'un même Seigneur, qui répand ses richesses sur tous ceux qui l'invoquent.

13. Car tous ceux qui invoquent le nom du Seigneur seront sauvés.

14. Mais comment l'invoqueront-ils, s'ils ne croient point en lui ? et comment croiront-ils en lui, s'ils n'en ont point entendu parler ? et comment en entendront-ils parler, si personne ne leur préche ?

15. Et comment y aura-t-il des prédicateurs, s'ils ne sont envoyés ? Selon qu'il est écrit : Que les pieds de ceux qui annoncent l'Évangile de paix sont beaux, de ceux qui annoncent les vrais biens !

16. Mais tous n'obéissent pas à l'Évangile. C'est ce qui a fait dire à Isaïe : Seigneur, qui a cru ce qui nous a entendu prêcher ?

17. La foi donc vient de ce qu'on a entendu ; et on a entendu, parce la parole de Jésus-Christ a été prêchée.

18. Mais je demande : Ne l'ont-ils pas entendue ? Oui certes, leur voix a retenti par toute la terre, et leur parole s'est fait entendre jusqu'aux extrémités du monde.

19. Sed dico : Numquid Israel non cognovit ? Primum Moyses dicit : Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem ; in gentem insipientem, in iram vos mittam.

20. Isaias autem audet, et dicit : Inventus sum à non querentibus me ; palàm apparui iis qui me non interrogabant.

21. Ad Israel autem dicit : Totà die expandi manus meas ad populum non credentem et contradicentem.

## ANALYSIS.

*Prosequitur et urget Apostolus rationem, quam cap. 9, v. 30, dedit de Judæorum à justitiâ casu, ob infidelitatem suam ; sed ne vel eos jam offenderit ob dicta, vel offendat ob dicenda,*

*Initio hujus cap. suum rursus in illos affectum, suumque in eorum salutem ardens desiderium patefacit ; laudat eos ob zelum, excusat et ignorantium.*

§ 5. *Zelum suum legalem justitiam, eique mordicis adherent, quia ignorant veram et internam justitiam, quam Deus dat per fidem ; et quia ignorant Christum esse legis scopum, justitiæque fontem, à quo haurienda omnis vera Dei justitia, v. 4.*

§ 5. *Ex ipso Moysæ probat hujus justitiæ fidei excellentiam, hancque justitiam externæ factorum justitiæ anteponi debere, utpote faciliorem et utiliorem, v. 6, 7, 8.*

§ 9. *Omnia hujus justitiæ christianæ officia ad duo reducit : ad fidem cordis, et ad confessionem oris. Hæc duo justitiam et salutem conferunt omni indiscriminatum homini fidei, Judæis sit vel gentilibus, v. 10, 11, 12, 15.*

§ 14. *Idèò omnibus annuntiana, reverè fuerunt annuntiana ; omnes audierunt, sed non omnes obediunt ; plurimi gentiles crediderunt, plerique Judæi contradixerunt ; et hæc est eorum perditionis causa, v. 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21.*

## PARAPHIRASIS.

1. Fratres, hæc cum maximo animi mei dolore loquor, quia propensus est in illos animi mei affectus, et vehemens est meum in illorum salutem desiderium ; unde pro illis assidue obsecro, ut respiciant et salventur.

2. Illorum equidem incredulitatem non excuso : hoc tamen illis testimonium perhibeo, quòd aliquo Dei studio et zelo ducuntur, sed non secundum scientiam necessariam ordinato.

3. Quia enim ignorant veram justitiam, quam Deus dat per fidem, hinc sive legali justitiæ mordicis adherent, justitiam verò Dei repellunt.

4. Ignorantes quòd Christus sit legis Mosaicæ finis, et omnis justitiæ fons, ex quo per fidem haurienda sit justitia à quocumque fideli.

5. Utramque tamen justitiam distinxit Moyses, et justitiæ fidei palmam dedit ; in Levitico enim 18, de justitiâ legali scribens, dixit : *Custodite leges meas, atque judicia, quæ qui fecerit homo, vivet in eis*. Quibus verbis duo significat : primum, quòd ad illam justitiam legalem habendam, multa sint facienda, *qui fecerit, etc.* ; secundum, quòd hujus justitiæ merces sit tantum temporanea, *vivet in eis*.

6. De justitiâ verò quæ per fidem datur, scribens Deuterono 30, ait : *Ne dixeris in corde tuo : Quis in cælum ibit, Christum inde deducturum ?*

7. *Aut quis ad inferos descendet, Christum à mortuis revocaturum ?* non opus est ut de hoc sis sollicitus.

8. Sed audi quid Scriptura dicat : *Res tibi facilis est et ad manum, nec alibi quaerenda quàm in corde et ore tuo* : sufficit enim si credas et confitearis, quòd reverè Christus de cælo descendit, et à mortuis resurrexit ; ad hæc pauca revocatur Evangelium quòd predicamus.

9. Quia si corde credas, et ore confitearis Filium Dei Dominum Jesum, pro te incarnatum et mortuum, atque resuscitatum, salvus eris, hic à peccatis per justificationem, aliquando ab omni miseriâ per gloriam.

10. Interna enim cordis fides requiritur, ut quis sit justus ; externa verò fidei professio necessaria est, at quis sit salvus.

11. Hoc ex Isaïa probari potest, dicit enim : *Quicumque credit in illum, non pudebit.*

12. Cùm dicat : *Omnes, quicumque, sanè tollit omne discrimen, sive Judæi, sive Græci* : Deus enim ex æquo omnium Dominus est ; cujus bonitas exherbat in omnes qui verè et sincerè illius opem implorant, juxta illud quòd ait Propheta Joel :

15. *Omnis, quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit.*

14. Cùm autem prius sit credere quàm invocare, quomodo invocabit eum in quem non crediderunt ? aut quomodo credent ei de quo non audierunt ? quomodo audient, nisi sint qui predicent ignotum ?

15. Quomodo verò predicabunt præcones, nisi missi sint ab eo cujus est Evangelium. Reverè Christus apostolos suos in omnem terram misit, sicut predictum est ab Isaïa, dicente : *Quàm gratus est adventus Evangelii præconum, pacem et bona nobis à Christo procurata annuntiant !*

16. Sed, inquit, cùm ad omnes missi sint apostoli, cùm gratus sit eorum adventus ob bona quòd annuntiant, cur ergo non omnes, sed valde pauci credunt et obediunt Evangelio ? — Resp. id mirum videri non debere, cum ab Isaïa predictum fuerit, dicente in apostolorum personâ : *Domine, quis credidit sermonibus nostris ?*

17. Colligamus ex dictis à v. 14, quòd fides ex auditu nascitur; auditus autem per quem nascitur fides, fit ex predicatione verbi Dei et Christi.

18. Sed tunc à Judæis incredulis quæro cur non credunt? an quia non audierunt, et illis prædicatio defuit? imò verò in omnem terram exivit sonus prædicationis apostolorum; quomodo solos Judæos latet quod per universum mundum resonat?

19. Sed iterum ab eis quæro: Numquid non cognoverunt et Evangelium ubique prædicari, ei gentes per illud ad Deum converti? Quinimò viderunt, sed illarum conversionem inviderunt, imitari verò noluerunt; utrumque à prophetis prædictum est.

Primum à Moyse, Deuter. 32, 21, in personâ Dei in Judæos irati sic loquente: Ego vos, ô Judæi, qui repelliis Evangelium, ad invidiam et ad iram inci-

tabo per gentiles, qui non fuerunt hactenus populus meus, et qui hactenus insipienter vixerunt, idola stultè colentes; sed quos ad salutem per Apostolos vocabo, et ob quorum conversionem ad indignationem concitabimini.

20. Isaias autem Moysem secutus, Judæorum offensam non veritus, apertè dicit in personâ Christi: Inventus sum per fidem à gentilibus qui me non querebant; palam per Evangelii mei predicationem apparui illis ipsis, qui non me, sed idola sua consueverant.

21. De Israele autem idem Isaias in personâ Christi dicit: Toto die expandi manus meas ad populum incredulum, et obstinatè mihi contradicentem.

## COMMENTARIA.

VERS. 1. — FRATRES, VOLUNTAS QUIDEM CORDIS MELI... Græcè, *bona voluntas, cæcitas, benevolentia*. Quoniam tristitia jam dixit, et tristiora dicitur est, ut omnis inimicitie tollatur suspicio, multa utitur præparatione, ait D. Chrysostomus. *Bona voluntas cordis mei...*, id est, propensus est in illos animi mei affectus, et vehementer est mihi desiderium erga salutem ipsorum.

ET OBSECratio AD DEUM FIT (à me) PRO ILLIS. Græcè, *pro Israel*, etc., id est, hinc pro eis obsecro, optans illis omnia bona, præsertim æterna. Ergo D. Paulus Judæos non putabat ab æternâ salute reprobatos; frustra enim orasset pro ipsorum salute; ergo in cap. præc. non agebat de prædestinatione ad gloriam, aut de reprobatione ab illâ; sed de eorum casu à justitiâ.

D. Pauli charitas sit zeli pastoralis exemplar. Sic pastor oves suas in corde gerat; errantibus commiseratur, pro ipsis orat, ipsas querat.

VERS. 2. — TESTIMONIUM EXIM PERHIBEO... Græcè, *testor*. Prudenti verè paternâ reprehensione laudibus miscet; sicque arguit quod vitiosum est, ut laudet quod laude dignum est. Zelum habent, inquit, legis divinæ, sed non scientiam necessariâ directam. Quam frequens est etiam apud Christianos illo Judæorum zelus imprudens, et quanta mala perpetrat in Ecclesiâ! Quò ardentior est, eò periculosior, si per scientiam non dirigatur. Ut hæc vitiositas et pericula et mala, intellecta cor moderetur; agamus cum co-

VERS. 1. — *Frates, voluntas quidem cordis mei, etc.*, propensus animi affectus, et vehementer desiderium mihi est erga Judæos, ut salventur. Undè oro et obsecro pro illis. Idque, ne putent ipsi hæc tristitia de ipsorum peccatis et repulsa à Christo me dixisse ex odio, sed potius ex commiseratione. Itâ S. Chrysost., *Theod.* Quæres, quomodo pro illis orare se dicat, quos peccabat à Deo reprobatos? Respondeo: Orabat non ut omnes salvi fierent, sed ut aliqui ex illis, scilicet in quos Deus præordinaverat per orationes salutarum esse salvandos. Neque enim omnes Judæi reprobi erant. Ita capito sequente: si quo modo, inquit, etc., et salvos faciam aliquos ex illis.

VERS. 2. — *Testimonium enim perhibeo illis, etc.*

gnitione, et juxta certa scientiæ et fidei principia, non secundum cæcos cordis, licet pii, sensus et motus.

VERS. 3. — IGNORANTES ENIM JUSTITIAM DEI... Probat eos zelum non habere secundum scientiam, quia enim ignorant veram et Deo probatam justitiam.

JUSTITIAM DEI, id est, quæ verè et coram Deo justè reddimur, et quam habemus per vivam fidem in Jesum Christum, hinc ET SCIAM, id est, justitiam legis, seu quæ per legis et legalium observantiam habetur, et quæ coram hominibus justitiat, student STATUERE, id est, erigere, stabilire.

JUSTITIA DEI NON SUNT SUBJECTI. Sive ergo justitiæ mordicis adherentes Judæi, justitiam Dei reprobant; *justitiâ Dei*, cujus fundamentum est fides in Jesum Christum, noluerunt colla sua humiliter subdere.

## OBSERVATIO MORALIS.

Judæi ignorantes veram, internam et Deo gratam justitiam, quæ oritur à fide, id est, à submissione nostrâ, Deo se nobis revelanti, et nos se vocanti, salutem suam constituere voluerunt in externâ et legali illâ justitiâ, quæ per externas observantias comparatur; et quia justitiâ Dei viam non inierunt, hinc à salute exciderunt. Heu! quot Christiani, imò et religiosi judaizant! suam in externis observantiis justitiam collocant; de Christo, salutis fonte, non cogitant; ad fidem, justitiæ principium, non attendunt; sicque in suis externis actionibus, fide et spiritu destituti, confidentes, phantasticam, et non veram pietatem secundum errorem; q. d.: Judæi zelum erantem pro lege Mosaicâ tuendâ habent, volunt quæse agi zelo Dei, sed errant; quia verè contra Dei honorem, et veritatem agunt, cum fidem et legem Christi, quæ verâ est lex Dei, oppugnant.

VERS. 3. — *Ignorantes enim justitiam Dei, etc.* *Justitiam Dei* Paulus intelligit eam, quæ nos facit justos, non coram hominibus, sed coram Deo; quæ sita est in reconciliatione hominis cum Deo, per fidem Christi; sicuti Judæorum justitiâ sita erat in completionè legis coram hominibus. Unde eam Paulus vocat justitiam suam, id est, ex suis et nature viribus et legis operibus partam: hæc enim opponitur justitiâ Dei, id est, à Deo et Dei gratiâ proveniens. Pro non sumi subjecti,

tatem et justitiam habent. Hunc timeamus Judæismum, et ut illum vitemus, ad Christum salutis fontem, oculis fidei attendamus continuè; in ipso salutem quaeramus, non in nobis; spiritu fidei et charitatis actiones nostras animemus.

VERS. 4. — *FINIS ENIM LEGIS CHRISTUS AD JUSTITIAM OMNI CREDENTI*; id est, verè ignorant justitiam Dei: nam *Christus*, quem cæci respiciunt, est *finis*, scopus et terminus, ad quem tendit et quasi manu ducit tota lex Mosaicâ, ad veram justitiam per illum præstandam omni in illum credenti.

Lex itaque Judæos docebat justitiam in Christo quaerere, quia lex ipsa justificare non poterat; hinc ad Christum, Judæos, quasi manu ducebat, ut per illum, seu per fidem in illum, veram solidamque justitiam assequerentur. At hoc ignorantes, in vi remanserunt, ad terminum non pervenerunt; externæ legis justitiæ mordicis adherentes, veram et internam justitiam, quam Deus in fide et obedientiâ Christi constituit rejecterunt. Vide et tu ne alibi justitiam quaeras, quam in Christo, in fide et obedientiâ Christi.

Christus omnis omnino justitiæ fons est; nulla unquam, nisi ab ipso, vera justitiâ fuit et in veteri et in novâ lege. Medium autem, seu canal, quo fons ille, justitiam communicavit aut communicat, fides est; fides, inquam, non nuda et sola; sed quæ per dilectionem operatur; seu quæ spem, penitentiam, bona opera, quasi mater fecunda producit. Hoc itaque canalè te fonti justitiæ frequenter adjuge, ut suam justitiam tibi communicet. Crede in Christum, spera in Christum, dilige Christum; credeas, sperans, diligens, obedi Christò, opera fac verè christiana.

VERS. 5. — *MOYSES ENIM SCRIPSIT, QUONIAM JUSTITIAM...* Græcè: *Moyse enim scribit justitiam, quæ est ex lege; faciens ea homo, vivet in eis*; Syr.: *Siquidem Moyse ita descripsit justitiam, quæ est in lege; quòd qui ea pergerit, per ipsa vivet*. Duas v. 3, indicavit justitias: externam et internam, Judæicam et divinam; legaleam, quæ requirit opera legis Mosaicæ; evangelicam, quæ fidem in Christum requirit; primæ mordicis adherent Judæi, secundam ignorant. Igitur per Græca clariùs habent, non subdiderunt se, illi non obedierunt, q. d.: Quis Judæi suam justitiam ex lege quaesierunt, hinc noluerunt se subdere fidei Christi, ac consequenter, nec verè justitiâ Dei. Hanc enim Deus in fide et obedientiâ Christi constituit.

VERS. 4. — *Finis enim legis (est) Christus*, etc. *Finis* et scopus legis est Christus, quia tota lex ad Christum, quasi ad finem, terminum et scopum suum, refertur, tenet, ducit et vocat. Sensus est, Christum esse per quem lex impletur, et vera justitiâ acquiritur: quatenus quisque in eum credit ut propitiorem, per quem Deus et peccata remittat, et gratiam bonè vivendi præstet, ad justitiam omnem credenti. Ut scilicet per fidem Christi omnes credentes in eum justitiam assequantur. Apostolus dum fidem nominat, etiam eorum vult intelligi, quæ fides monstrat agenda: vel quòd eodem reddidit, fidem intelligi bonâ voluntate formatam.

VERS. 5. — *Moyse enim scripsit (Levit. 18) quoniam justitiam*, etc., q. d. Paulus: Qui fecerit justitiam legis, justam, quod lege præscriptum est, hic vivet in eâ; hoc est, hic non punietur morte, quam lex trans-

Moysem ipsum Judæis probat Apostolus quòd ignoraverunt, nimirum justitiam internam ab externâ distinguere, et illam hæc esse et faciliorem et perfectiorem.

1<sup>o</sup> Per verba Moyse ostendit justitiæ legalis conditionem; Moyse enim de justitiâ legalis scribens, dixit, Levit. 18, 5: *Custodite leges meas atque judicia, quæ faciens homo, vivet in eis*, id est, non punietur morte temporali, quam lex suis transgressoribus intemat; vel, *vivet in eis*, pervivet, longævus erit, vitâ vivet longâ et prosperâ. Ecce merces justitiæ factorum.

Duo itaque significantur in his verbis: Primum, quòd ad legaleam justitiam habendam, multa factenda erant, qui *fecerit homo*; secundum, quòd hujus externæ et legalis justitiæ merces sit vita tantum temporalis, longa et prospera.

VERS. 6 ET 7. — *QUE AUTEM EX FIDE EST JUSTITIA*, sic dicit... 2<sup>o</sup> Per eundem Moysem ostendit justitiæ fidei condiciones, facilitatem nempe et utilitatem: facilitatem, quia propè est in ore et in corde; utilitatem, quia salutem conferat æternam. Ut facilitate fidei probet, Evangelio applicat verba Moyse Deuter. 30, 12: *Mandatum quod ego præcipio tibi hodiè, non supra te est, neque procul positum, neque in celo situm, ut possis dicere: Quis nostrum valet ad caelum ascendere, ut deferat illud ad nos?*

Quòd Moyse dixit de mandato legis, hoc Apostolus attribuit Christo, et convenienter, ait D. Thomas, quia Christus est verbum Dei, in quo sunt omnia Dei mandata.

Sensus ergo accomodatus hic agnoscendus est, quò Apostolus justitiam fidei facilem esse declarat; neque enim ad illam habendam opus est, vel in caelum ascendere, vel ad inferos descendere.

Quia res difficiles significantur similitudine ascensus in caelum, et descensus ad inferos, hinc Apostolus, ut significet fidem non esse rem difficilem, dixit: *Ne dixeris in corde tuo... Quis in caelum ibit, ut Christum inde faciat descendere?* aut quis ad inferos descendat, ut Christum à mortuis ad vitam inde reducat? non opus est, inquam, ut de hoc sis sollicitus, aut labores; sufficit tibi ut credas quòd reverà de caelis descendit, et à mortuis resurrexit, et hoc utramque gressoribus suis sapè intemat; vivetque vitâ temporali, prosperâ, quam lex servanibus se promittit, Ezech. 20, q. d.: *E contrario verò qui fidem Christi amplexis fuerit, hic vivet vitâ justitiâ in hoc mundo, et in futuro vivet vitâ salutis, gloriæ et felicitatis æternæ.*

VERS. 6, 7. — *Que autem ex fide est justitiâ, sic dicit... Aut quis descendat in abyssum?* etc., Græcè, *è mortuis reducere*. Sensus est: Ne dicas, a fœderitatem fidei, et ad justificationem opus est Christo presente, ut eum videamus, ejusque aspectu et presentia sanemur et justificemur? Itaque ipse vel caele vel infero revocamus est. Non putes hæc à te peti, propinquus enim et facilis justificationis jam modus est, si in Christum credas mortuum et resuscitatum, hinc absentem; et coram te non ipseum profertur; D. d.: *Ne dicas, ô Judæe, legi assente, lex Moyse non his vicina est et plana; fides et justitiâ Christi quidem salutem promittit, sed obscura est et remota. Nam erras et falleris: non enim ita se res habet, quia, ut sequitur*

confitearis, ita ut corde tantum et ore indigeas.

VERS. 8. — SED QUOD DICIT SCRIPTURA: PROPE EST VERBUM... Quod de lege dixit Moyses, hoc D. Paulus transfert ad fidem quâ justificamur. *Propè est...* Res tibi facilis est et ad manum, nec alibi querenda quam in corde tuo et in ore tuo, ut scilicet corde credas, et ore confitearis Dominum Jesum Christum.

Secundum Moysen hæc verba significant opus esse tantum ut lex legatur et corde retineatur; secundum D. Pauli applicationem, ut Evangelium Christi corde credamus et ore confiteamur.

Hoc est, tale est, inquit, VERBUM FIDEI; ad hæc pauca revocatur Evangelium, quod hos apostoli prædicamus, et Judæis et gentibus: ut scilicet credas et que per fidem cognoveris faciendi, operis pericias.

QUIA SI CONFITEARIS IN ORE TUO... si corde credas et ore confitearis Filium Dei pro te incarnatum, mortuum et resuscitatum, SALVUS ERIS, hic à peccatis per justificationem, aliquando ab omni miseria per glorificationem.

Nota quod hic solius resurrectionis fit mentio, quia articulus ille, quasi terminus aliorum, eos supponit et complectitur.

Hic completa videtur antithesis v. 5 incohata inter externam et legalem iustitiam per opera, et internam Dei iustitiam per fidem; illa difficilis, hæc facilior; illa parum utilis, hæc utilissima et nunc et in æternum: unde concludit divus Chrysostomus: vides quomodo Judæos omni venia privet, qui acceptantes quod gravior est et inefficax, negligunt quod lenè est, et illis salvare potest.

VERS. 10. — CORDE ENIM CREDITUR AD JUSTITIAM... fides enim cordis necessaria est ut quis sit iustus; interna quippe fides est id primum quod justificatur homo.

ORE AUTEM CONFESSIO FIT AD SALUTEM, id est, externa autem fidei confessio necessaria est ut quis sit salvus, juxta quod Christus ait in Evangelio: *Qui me confessus fuerit...* et ego confitebor eum..., Math. 10;

VERS. 8. — Sed quid dicit Scriptura? *Propè est verbum* (iustitiae et salutis) in ore tuo, etc. Porro verbum fidei dicit, vel Evangelium quo fides in Christum, annuntiat, vel fidem ipsam, ac si diceret: Fides quam prædicamus ut necessariam ad iustitiam consequamur, revera est ejusmodi, videlicet prope te, in ore et corde. Magis ad mentem est omnibus jam Evangelium et fides Christi, quam olim fuerit lex Moysi: ita ut fidem hæc omnes facillimè corde; id est, mente, complecti, et ore proloqui, itaque justificari et salvari possint.

VERS. 9. — Quia si confitearis in ore tuo Dominum Jesum; nam, inquit, si ore confessus fueris Dominum Jesum descendisse de cælis, et hominem factum. Hæc pars opponitur illi dubitationi: Quis ascendit in cælum, ut Christum deducat? Quamquam absolute potest accipi ista pars, et quidem melius, si fallor, hoc modo: Si confitearis ore tuo Jesum esse Dominum. Quomodo dicit 1 Cor. 12: *Nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto*; hunc enim sensum expressit ex lectio, quam recitant Hieronymus et Augustinus: quia si confessus fueris in ore tuo, quia Dominus est Jesus. Et utique, si Dominus est, qualcum confiteri oportet: igitur de cælo descendit. Ad hoc enim descendit, ut hominem redimeret, et ipso redemptio-

*Et qui me erubuerit... hunc Filius hominis erubescet*, LUC. 9.

OBSERVATIO MORALIS  
in vers. 9 et 10.

Omnia religionis officia in his duobus comprehenduntur: corde credere, ore et opere confiteri. Interiora in fide, quæ cæterorum basis est, continentur exteriora in confessione, quæ fit ore et opere. Fides cordis Deum intus honorat, confessio exterius; et quia intus et exterius eum debemus honorare, hinc non sufficit credere, sed præterea necesse est internam fidem exhibere linguâ, manibus, vita. Qui Christum Dominum erubuerit, Christo servire indignus est, multo magis cum ipso regnare.

ALIA OBSERVATIO MORALIS  
in vers. 6, 7, 8.

Incarnatio, mors et resurrectio Christi præcipua indicantur fidei nostræ objecta; ab ibidem indicatur quod nobis necessarium non sit ea mysteria penetrare, sed Deo nobis illa revelanti credere. Certus sum et scio quod Deus potest facere quod non valeo capere; credo itaque quicquid revelavit Deus, quantumcumque meum superet captum; mihi, sicut et Tertulliano, credibile, quia incredibile; non pudendum, quia pudendum. Sicut Abraham in *spem contra spem credidit*, ut fieret pater fidei, sic in fidem contra fidem mihi credendum est, ut sim spiritualis Abraham filius.

VERS. 11. — DICIT ENIM SCRIPTURA: OMNIS QUI CREDIT... Probat ex Scripturâ quod omnis qui, ut explicatum est, credit, salvus erit; et, quod v. 4 dicit, Christum justificare omnes credentes. Hæc verba sumuntur ex Isaïâ, 28, 16. NON CONFUNDETUR, id est, expectatione suâ non frustrabitur, sed speratam assequetur salutem. Fides est spel nostræ fundamentum, omnis boni cælestis radix, nostræ salutis basis et substantia, hypostasis; hinc à Deo continuè petenda.

nis jure Dominus ejus esset. Et in corde tuo credideris, quod Deus illum susceperit à mortuis. Opponitur hæc pars alteri dubitationi: Quis descendit in abyssum, ut Christum à mortuis revocet?

Salvus eris, Græcè, *salvaberis*, id est, salutem consequeris, velut jam ex fide, et confessione fidei justitiam adeptus, quæ perducit ad salutem.

VERS. 10. — Corde enim creditur ad justitiam, etc. q. d.: Fides cordis valet et necessaria est ad acquirendam justitiam: professio vero fidei, quæ fit ore, valet, et necessaria est ad justitiam hæc conservandam, et augendam, et consequenter ad salutem æternam promerendam et consequendam. Corde, id est, mente et voluntate, licet enim fides sit actus intellectus, tamen ob ejus invidiam actusque difficultatem, necessarius est concursus et imperium ipse voluntatis, quo intellectui imperat, ut tam obscura et difficilia credat; eoque actus hic fit liber et meritorius.

VERS. 11. — Dicit enim Scriptura (Isaïâ 28): Omnis, etc. Non pudebit, non frustrabitur suâ fide et spe, sed justitiam et salutem speratam omnino assequetur. Credentem, intelligi obediens, id est, cum voluntate faciendi ea quæ fides Christi præscribit.

VERS. 12. — NON ENIM EST DISTINCTIO... Instat et explicat quod generalitèr Isaïas dixit: *Omnis*, Græcus sit vel Judæus, quomodo crediderit, quia Deus jure creationis Dominus est omnium, et aliunde abundat bonitate et misericordiâ in omnes; hinc neminem credentem, et in se confidentem repellit à salute.

VERS. 15.—OMNIS ENIM QUICUMQUE INVOCAVERIT... Sumuntur hæc verba ex Joel. 2, 32, et hic in sensu mystico intelliguntur.

Nota quod salutem hic invocationi tribuat, quam supra fidei tribuit. Sicut autem supra sub nomine fidei intellexit professionem fidei, et consequenter bona opera, seu credere Christo et ei obedire, ita sub invocatione intelligit invocationem cum debita fide, spe, contritione et charitate: alioquin Turcæ, heretici, et improbi Christiani per solam Dei invocationem salvarentur. Quam potens et dives est oratio, in cujus manibus sunt omnes Dei divitiæ! *Petite et accipietis...* et omnis quicumque invocaverit, etc. Quasi tota religio Deique cultus in oratione continentur, fides, spes, charitas. Fides orat, ait D. Augustinus, est radix orationis, et oratio quasi primus fidei flos et fructus. Spes orationem fuleit; charitas accendit et meritum tribuit. Omnis qui sic cum fide, spe et charitate oraverit, salvus erit. Talis oratio est religionis anima; homines Deo necit, ut Deo cultum debitum exhibeant, et à Deo gratias necessarias recipiant. Domine Jesu, doce nos orare: *Pater noster*, etc.

VERS. 14 et 15. — QUOMODO ERGO INVOCABUNT... QUOMODO VERO PREDICABUNT... etc. Occasione accepta eorum quæ dixit de salute promissâ omnibus Deum invocantibus, Apostolus suam gentilibus prædicationem justificat, seu reddit rationem cur gentibus prædicet; gradatim ascendit ab invocatione ad fidem; à fide ad auditum; ab auditu ad prædicationem; à prædicatione ad missionem: ita ut missio sit basis et fundamentum salutis nostræ. Sine missione non fit prædicatio, sine prædicatione non est auditus, sine auditu non est fides, sine fide non est invocatio, nec adoratio, nec cultus Dei.

Itine à primo ad ultimum relinquit colligendum

VERS. 12. — Non enim est distinctio Judæi et Græci. Urget Apostolus in verbis Isaïæ vocem, *Omnes*, q. d.: Omnes sive Judæus, sive Græcus, qui credit in Christum, hic salvus erit. Deni enim in negotio iustitiæ et salutis non distinguit, non curat, an Judæus sis, an Græcus, id est, gentilis.

Nam idea Dominus omnium, dives in omnes, qui invocant illum. Dives, id est, affluens, liberalis, munificus, et copiose suas gratias, suaque dona largiens.

VERS. 15. — Omnis enim, etc. Græcè, *salvabitur*. Hæc scientiam citat Paulus ex Johe, cap. 2. Invocare nomen Domini, est cum eum Dominum ac Deum nomen est, orare pro salute obinendam. Sed invocationem intellige precedentem ex fide. Ad hæc igitur invocationem pertinent omnes orationes, quibus à Deo per Christum petuntur salutaria bona vel remissionis peccatorum, gratia, justitia, tentationum victoria, perseverantia, vita æterna.

VERS. 14. — Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt? q. d.: Quomodo invocabunt Deum, quasi Dominum, et auctorem salutis, omnisque boni, in quem non credunt?

quod Deus, cum sit omnium Dominus, dives bonitate in omnes, omniumque salutem volens, apostolos suos ad omnes gentes miserit, ut eis suam prædicent Evangelium, cui credant; ut invocent, justificentur, et salvæ fiant, et consequenter se Dei jussu esse prædicatorem gentium.

SICUT SCRIPTUM EST: QUAM SPECIOSUS EST: Reverè missi sunt, et prædicaverunt, sicut scriptum est., Isaï. 52, 4: *Quam speciosus*, id est, quam gratus et suavis adventus Evangelii præconum, pacem et bona per Christum nobis procurata, suis auditoribus annuntiantium; nempe peccatorum remissionem, reconciliationem cum Deo, gratiam et dona Spiritûs sancti, et infinita alia bona etiam corporalia, miraculis comprobata, quibus apprehendat eos à Deo missos.

Hinc necessaria colligitur missio divina, quæ duplex est: ordinaria, quæ fit auctoritate eorum qui Dei vices gerunt, scilicet Christi vicarius, episcopi; extraordinaria, quæ fit immediate à Deo per inspirationem internam, qualis fuit missio prophetarum. Hæc missio debet probari signis et certis argumentis.

D. Thomas ait quod hujus missionis extraordinariæ signa sint aliquando S. Scripturæ auctoritas; ita D. Joannes interrogatus quis esset, dixit: *Ego vox clamantis...*, sicut dixit Isaïas; aliquando rei veritas, quæ annuntiat; aliquando miracula. Adhuc tamen non sufficere prodigia, et probat ex Deuter. 15.

Hinc discè primò quàm magnificandum verbi divini ministerium, à quo pendet mundi salus: secundò quanto respectu audiendum Dei verbum, sive à prelati, sive ab eis quos mittunt, cum Deus ipse nobis per eos loquatur, et in Dei nomine nobis illud annuntiet; tertio quanto studio, quantaque gravitate annuntiandum sit illud verbum à prædicatoribus, qui Dei vices gerunt, ipsiusque omnipotentis mandata declarant.

VERS. 16. — SED NON OMNES OBEIUNT... Græcè, *auscultarunt*. Occurrit objectioni: Si missi sunt, si

Aut quomodo credent ei quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicato? id est, quomodo audient de eo in quem creduntur, nisi, si nemo sit, qui eis annuntiet? ac si dicat, nec id fieri possit. Ex eo quod Deus per Jochem omnibus se invocantibus salutem promiserit, colligit Apostolus omnibus gentibus prædicandum esse Evangelium.

VERS. 15. — Quomodo vero predicabunt, nisi militantur? scilicet, à Deo, vel Christo. Multi quidem prædicant non missi, de quibus apud Jeremiam Dominus, *Non mittebam eos, et ipsi currerunt*; et tales habet plurimos seculum hoc nostrum; sed licet ac legitime nemo prædicet nisi legitime missus, quomodo mitti soleat principum legati cum mandatis.

Sicut scriptum est (Isaïâ 52): *Quam speciosus pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona!* q. d.: Quam pulcher, suavis et gratus erit adventus, et discursus annuntiantium Evangelium, ejusque bona et læta nuntia, scilicet pacem cum Deo, gratiam, justitiam, et salutem! Sen, quam grati et accepti erunt auditoribus suis apostoli, hæc bona hominibus per totum orbem annuntiantes et evangelizantes?

VERS. 16. — Sed non omnes obediunt Evangelio. At

predicaverunt, si tam speciosi sunt *pedes evangelizantium*, cur ergo non omnes obediunt Evangelio? — Respondet id predictum fuisse ab Isaiâ, et ideò mirum videri non debere, si plerique suis vitis aut Judaismò affixi, Evangelium respiciunt, ob stum duritiam non credant. Isaiâ igitur in apostolorum personâ loquens, dicit: *Domine, quis credidit sermonibus quos à nobis audierunt?* quasi diceret: Valde pauci, *auditi nostro?* sermone à nobis audito. Idem Dei verbum emollit et indurat, sanctificat et damnat; sicut idem solis calor ceram emollit, lutum indurat. Emolli, Domine, cor meum; adauge fidem.

VERS. 17. — ERGO FIDES EX AUDITU, AUDITUS AUTEM PER VERBUM CHRISTI, Græc., *Da*; Syr., *Dei*. Ex citatis Isaiæ verbis inferit quod jam dixerat v. 14, fidem esse ex auditu et predicatione verbi Christi, seu Græcè, *verbi Dei*, factâ per apostolos à Christo missos quasi legatos; seu potius ex dictis à v. 14 colligit quòd fides ex auditu nascatur; intellige primò in adultis; secundò occasionaliter: fides enim est gratuitum Dei donum, quod à solo Deo infunditur animæ.

VERS. 18. — SED DICO: NUMQUID NON AUDIERUNT...? Ex principio proxime posito inferri inexcusabiles esse Judæos; annon audierunt? an defuit illis predicatio? imò verò in omnem terram, etc. Quod de caelis in sensu literali dixit regius Propheta, hoc de apostolis in sensu mystico dicit Apostolus, quasi diceret: Numquid solos Judæos laet, quod per omnem terram resonat?

Paulatim impletum est hoc Davidis vaticinium, sed sufficienter ad Judæorum condemnationem impletum erat. D. Pauli temporibus; tunc enim in illustrioribus uribus apostoli et predicaverant et miracula fecerant; et inde tantarum rerum fama ad omnes terras, in quibus habitabant Judæi, pervenerat.

D. Thomas occasione hujus vaticinii Davidis petit quid sentiendum sit de iis qui de fide nihil audierunt. — Respondit illos habere quidem excusationem de peccato infidelitatis, dammandos tamen ob peccatum originale et alia peccata quæ addiderunt. Addit quòd non omnes, imò verò pauci, læta hæc nuntia quæ Evangelii nomine significantur, quamvis audita, fide recipiunt. Causam esse quòd multi suis vitis, aut suo Judaismò affixi, nolint credere et obedire Evangelio, ideòque oculos, aures et animum avertunt ab hæc specie et pulchritudine Evangelii, et evangelizantiam.

Isaiâ enim dicit (utripe de Judæis, cap. 35) *Domine, quis credidit auditui nostro?* Domine, quis eorum fidem adhibuit sermonibus quos ex nobis audierunt, quos eis, ut prophete tui, prænuntiavimus? ac si dicit, per pauci. Loquitur Isaiâ in personâ apostolorum, q. d.: Pauci admodum ex Judæis crediderunt nostro sermone, nostræque evangelizationi. *Auditis ponitur pro predicatione, quæ auditur, tanquam actus pro suo objecto.*

VERS. 17. — Ergo fides ex auditu, etc., puta per predicationem apostolorum, qui quasi legati missi à Christo, ejus verbum predicant.

VERS. 18. — Sed dico, numquid non audierunt? q. d.: Dixi fidem debere nasci ex auditu, audierunt ar-

si fecissent quod in se est, Dominus eis secundum suam misericordiam providisset, eis mittendo fidei prædicatorem, sicut D. Petrum misit Cornelio, D. Paulum Macedonibus; hoc tamen, inquit, quòd faciunt quod in se est, ex Deo est, ipsorum corda movente.

## OBSERVATIO MORALIS.

Judæis inexcusabiliores sunt Christiani, apud quos continuè resonat verbum Dei, et ei tamen vel non credunt, vel non obediunt; aure corporis audiunt, aure cordis non recipiunt.

Duplex est auditus verbi Dei: internus, externus; hic fit aure corporis per externam predicationem; ille fit aure cordis per consensum datum gratiæ Dei, cordis nostri aurem aperienti. Plerique audiunt ore corporis verbum Dei, sed non audiunt ore cordis, ei non obediunt; imò factis et moribus contradicunt. Auditus externus erit contradicendum condemnatio. Auditus internus erit contradicendum condemnatio. Domine Jesu, da mihi cordis auditum, cordis docilitatem, obedientiam verbo tuo, voci gratiæ et sanguinis tui.

VERS. 19. — SED DICO: NUMQUID ISRAEL NON COGNOVIT...? Hæc interrogatio Judæos urget, et eos inexcusabiles ostendere pergit, quòd non tantum audierunt, sed et gentes per verbum Dei conversas viderunt; at illorum conversionem tantum abest ut imitati sint, quinimò inviderunt, et hæc invidia induratio reddi eos inexcusabiliores. Ostendit autem hæc Judæorum culpam à Moyse prædictam Deuter. 32, v. 21: *Ego vos...*, id est, gentium populum, qui hæcenus non fuit populus meus, et qui vixit insipienter, idola stultè adorando, sic efferam Evangelium me prædicatione, ut vobis evadant invidendi; et revera prævideo, et vobis prædico quòd ex illorum conversione ad æmulationem et indignationem concitabimini. Hæc autem invidia et æmulatio notitia præsupponit: quomodo enim qui ob Evangelium invident aliis, illud non cognoverunt?

Quot Christiani Judæos in hoc imitantur, subque in sanctos invidia damnabiliores evadunt! Verbo Dei suis motibus et vitâ contradicunt, et ob hoc dantem debere nasci ex predicatione verbi Dei et Christi jam verò, vel quin verò dico, et interrogo, numquid non de facto hinc auditum habuerunt, numquid non audierunt Evangelium omnes gentes? q. d.: Omnino audierunt, id est, partim audierunt, partim audierunt. *Et quidem in omnem terram exiit sermo eorum, et in finis orbis terræ verba eorum;* præteritum ergo hic ponitur pro futuro, propheticò more, ob rei futuræ certitudinem: quod enim prophete futurum prædicant, tam certò fiet, ac si jam factum esset. Non ergo sensit Apostolus omnes omnium seculorum homines audivisse; quod constat verum non esse: sed significat, tempore præordinato à Deo prædicatum esse, et predicari Evangelium, ut per totum mundum audiretur.

VERS. 19. — Sed dico, numquid Israel non cognovit? scilicet gentibus etiam prædicandum esse Evangelium: licet enim hoc scire noluit et invidet; scire tamen debuit, ut patet ex Moyse et Isaiâ, qui hoc prædixerunt, ut patet ex eorum verbis, quæ hic citantur, et subnecto. Ita Origenes, q. d.: Ad eò verum est,

mandi sunt; sed insuper sanctos verbo Dei obediētes oderunt, illis invident, binoque damnabiliores fiunt.

Heu! caveamus ne aliorum salus, ob invidiam nostram, majoris sit nostræ damnationis occasio: humilissimi nos ob infidelitatem nostram; gratias agamus Deo ob aliorum sanctitatem et fidelitatem: sique aliorum sanctimonia nostræ conversionis et sanctificationis erit occasio.

VERS. 20. — ISAIAS AUTEM AUDET, ET DICIT... Tandem ex Isaiâ probat quòd aliquando convertendi erant gentiles, Judæi autem indurandi. Audacter enim et libere, Judæorum offensam non veritus, dicit in personâ Christi de gentibus:

INVENTUS SUM, fide, scilicet ex auditu apostolorum conceptâ; à gentilibus, qui suis idolis intenti, nec me cogitabant, nec me querebant.

PALAM APPARUIT; Græc., *conspicuis factus sum*; scilicet, per apostolorum predicationem illis ipsis gentilibus, qui non me, sed idola sua consilere et interrogare solebant. Hæc habemus Deo gratiam, nos qui de gentium numero sumus; nos ipse quesivit, dum ab eo eramus aversi; nobis sese manifestavit, dum de eo ne cogitabamus quidem; sed ad quid nos quesivit, et apparuit nobis? ut salvet nos, ut suæ faginitus prædicandum esse Evangelium, ut idipsum futurum prophete Judæis prædixerint, ideòque Judæos hoc ipsum cognovit, aut esse debet.

Primus Moyses dicit (Deut. 32): *Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, id est, æmulari faciam, ad æmulationem provocabo, in gentem insipientem, in iram vos mittam*, hoc est, ego deus vos, o Judæi, qui repellitis Evangelium, ad iram et invidiam concitabo, in, id est, per non gentem, puta per gentiles, qui non fuerunt hæcenus gens mea, quos ad Christi gratiam vocabo, volisque, o Judæi, in hæc gratiâ et Ecclesiâ meâ præponam: in, id est, per gentem insipientem, puta per gentiles, qui hæcenus insipienter vixerunt, et stultè adorant idola, in iram vos mittam, bilem et invidiam jam dictam vobis commovebo.

VERS. 20. — Isaiâs autem audet, et dicit, audacter et libere loquitur, non veritus suorum offensiohem. Nam propter hæc et similia libere et animosè à se dicta et prophetata sorra dissectus est Isaiâs à Manasse, et Judæis, ut habet certissima traditio Hebræorum, ait S. Hieronymus. Dicit autem non ex sua, sed Dei, vel Christi personâ, cap. 65.

## Corollarium doctrinale confirans quæ in

Merito divus Joannes Chrysostomus in fine hujus capituli dicit: Vide quomodo omnium quæ supra posuerat dubiorum apertissimam solutionem adduxerit, probans Judæorum perditionem ab ipsorum obstinatâ voluntate profectam esse, ita ut omnino veniâ sint indigni. Audierunt enim verbum Dei, illud intellexerunt; illos Deus vocavit, ad illos manus extendit omni tempore, id est, sedulo vocavit; tandem ut venirent zelotypiæ passionem excitavit. Fit suspensio, ait idem Divus Joannes Chrysostomus, ut puer vocatus à patre non accedat, sed obstinatè renuat; ubi primum viderit alium quempiam puerum ad patrem accedere, ultrò et ipse ad paternos sinus accur-

ciei manifestatione faciat in æternum beatos. O bonitas! o misericordia! æternâ gratiarum actione digna.

VERS. 21. — AD ISRAEL AUTEM DICIT TOTA DIX. Græc., *totam diem*, etc. De Israel autem idem Isaiâs in personâ Christi dicit: *Omnis die*, perpetuò, frequentissimè; toto vite meæ tempore, EXPANDI MANUS MEAS, per meam et apostolorum meorum predicationem, per infinita miracula, à me et à meis facta. Potest etiam intelligi de extensione manuum Christi morientis in cruce pro populo isto, Christi carnifici et occisore. At populus Judæus ad hæc omnia non attendens, incredibili obstinatione noluit credere; imò contradixit et Christo et discipulis ejus; et hæc obstinatio illorum perditionis est causa. Hæc audientes attendamus ad nos ipsos: nonne Christi manus totâ die sunt ad nos aperte, ad dandum nobis, ad protegendum nos, ad recipiendum nos in sinu misericordiarum, ad quem vocat, cuiusque viam monstrat? sed, heu! nonne Judæis ingratiore, Christo corde, moribus et vitâ contradicimus? nonne dona gratiæ contemimus? nonne ipsius auxilium repellimus? nonne misericordiam abutimur. Timeamus ergo ne illorum damnationem sentiamus, quorum ingratitude imitatur. Christo credamus, Christo obediāmus, Christo credentes et obediētes, Deo vivamus et moriamur. Amen.

Inventus sum à non querentibus me, præteritum pro futuro positum more propheticò, ob rei certitudinem. Sensus: Invenit me fide ex auditu conceptâ, qui me non querebant, ac de me nihil cogitabant, occupati in cultu falsorum Deorum, scilicet populus gentilis. Usu Scripture querere Deum dicitur, qui Deum colere volunt, et Deo placere, atque in eò honore prolicere, quasi nondum assensit totum quod cupiunt.

Palam apparuit illis qui me non interrogabant, puta illis ipsis gentibus, quæ non me, sed suum Jovem, Martem, Venerem consuebant et interrogabant: postea, audita verbi predicatione, tracti per gratiam meam, querere me cœperunt.

VERS. 22. — Ad Israel autem dicit (de Israel autem dicit): *Totâ die expandi manus meas ad populum non credentem, et contradicentem*; per predicationem Christi et apostolorum ejus, et per crebra miracula ab eis facta, continue velut expansis ad amplectendum manibus præbui me cognoscendum populo Judæico; qui tamen persuaderi non potuit ut crederet, sed semper contradixit, ac restitit evangelicæ predicationi: ut juxta Simeonis oraculum factus sit illis Christus in signum cui contradicatur, Luc. 2.

## predicationis capituli corollarîo dicta sunt.

rit: ita ut efficiat æmulatio, quod non potuit sedula advocatio. Sic Deus Judæorum salutem volens, illos non advocavit solum, ad ipsosque manus extendit; sed et zelotypiæ passionem in ipsis excitavit, dum gentiles, quos ut viles aspernabantur, ad se vocavit, in suam Ecclesiam introduxit, summeque populum declaravit; verum neque sic accesserunt Judæi; quæ ergo veniâ digni sunt? nulla sanè. Ubi notabis veram rejectionis Judæorum causam, ipsorum esse obstinatam in sua incredulitate pertinaciam; non verò ipsorum ab æternâ salute reprobandum, de qua non agit, et ad quam non recurrit Apostolus; sed ad ipsorum incredulitatem, et contradicentem. Gentes verò

vocate, quæsitæ, venerunt, consenserunt. *Apparui*, conspicuus factus sum : ecce gratia præveniens et vocans ; *inventus sum*, inventum apprehenderunt gentes, conspicuum agnoverunt, et in ipsum adjuvante

## CAPUT XI.

1. Dico ergo : Numquid Deus repulit populum suum ? Absit ! Nam et ego Israëlita sum, ex semine Abraham, de tribu Benjamin :

2. Non repulit Deus plebem istam, quam præcivit. An nescitis in Eliâ quid dicit Scriptura : quemadmodum interpellat Deum adversum Israël ?

3. Domine, prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt ; et ego relictus sum solus, et quærent animam meam.

4. Sed quid dicit illi divinum responsum ? Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curvaverunt genua ante Baal.

5. Sic ergo et in hoc tempore, reliquæ secundum electionem gratiæ salvæ factæ sunt ;

6. Si autem gratia, jam non ex operibus, alioquin gratia jam non est gratia.

7. Quid ergo ? quod quærebat Israël, hoc non est consecutus ; electio autem consecuta est ; ceteri verò excecati sunt :

8. Sicut scriptum est : Dedit illis Deus spiritum compunctionis ; oculos ut non viderent, et aures ut non audiant, usque in hodiernum diem.

9. Et David dicit : Fiat mensa eorum in laqueum, et in captivum, et in scandalum, et in retributionem illis.

10. Obscuretur oculi eorum ne videant, et dorsum eorum semper incurva.

11. Dico ergo : Numquid sic offenderunt ut caderent ? Absit ! Sed illorum delicto, salus est gentibus ut illos æmulerent.

12. Quòd si delictum illorum divitiæ sunt mundi, et diminutio eorum divitiæ gentium, quantò magis plenitudo eorum !

13. Vobis enim dico gentibus : Quamdiu quidem ego sum gentium apostolus, ministerium meum honorifico,

14. Si quomodò ad æmulandum provocem carnem meam, et salvos faciam aliquos ex illis.

15. Si enim amissio eorum reconciliatio est mundi, quæ assumptio, nisi vita ex mortuis ?

16. Quòd si delibatio sancta est, et massa ; et si radix sancta, et rami.

17. Quòd si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum oleastro esses, insertus es in illis, et socius radicis et pinguedinis olivæ factus es,

18. Noli gloriari adversus ramos ; quòd si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te.

19. Vous direz peut-être : Ces branches ont été rompues afin que je fusse enté en leur place.

20. Il est vrai ; elles ont été rompues à cause de leur incréduité ; et pour vous, vous demeurez ferme par votre foi ; mais prenez garde à ne pas vous élever, et tenez-vous dans la crainte.

Dei gratiâ crederentur : ecce cooperatio et salus gentium.

Sicque totum hoc caput confirmat quod in præcedenti capite dictum est.

## CAPITULUM XI.

1. Que dirai-je donc ? Est-ce que Dieu a rejeté son peuple ? Non certes ; car moi même je suis Israélite de la race d'Abraham, de la tribu de Benjamin.

2. Dieu n'a point rejeté son peuple qu'il a connu dans sa prescience. Ne savez-vous pas ce qui est rapporté d'Elie dans l'Écriture ? de quelle manière il demanda justice à Dieu contre Israël :

3. Seigneur, ils ont tué vos prophètes, ils ont démolis vos autels ; je suis demeuré seul, et ils me cherchent pour m'ôter la vie ?

4. Mais qu'est-ce que Dieu lui répond ? Je me suis réservé sept mille hommes qui n'ont point fléchi le genou devant Baal.

5. De même donc en ce temps Dieu a sauvé ceux qu'il s'est réservés selon l'élection de sa grâce.

6. Si c'est par grâce ce n'est donc pas par les œuvres, autrement la grâce ne serait plus grâce.

7. Après cela, que dirons-nous, sinon qu'Israël, qui recherchait la justice, ne l'a point trouvée ; mais que ceux-là seuls l'ont trouvée, qui ont été choisis de Dieu ; et que les autres ont été aveuglés.

8. Selon qu'il est écrit : Dieu leur a donné jusqu'à ce jour un esprit d'assoupissement et d'insensibilité, des yeux pour ne point voir, et des oreilles pour ne point entendre ?

9. Et David dit encore d'eux : Que leur table leur soit un filet où ils se trouvent enveloppés ; qu'elle leur devienne une pierre de scandale, et qu'elle soit leur juste punition.

10. Que leurs yeux soient tellement obscurcis qu'ils ne voient point ; et faites qu'ils soient toujours courbés contre terre.

11. Que dirai-je donc ? Les Juifs sont-ils tombés de telle sorte que leur chute soit sans ressource ? À Dieu ne plaise ! mais leur chute est devenue une occasion de salut aux gentils, afin que l'exemple des gentils leur donnât de l'émulation pour les imiter.

12. Que si leur chute a été la richesse du monde, et si leur diminution a été la richesse des gentils, combien leur plénitude enrichira-t-elle le monde encore davantage !

13. C'est pourquoi je vous dis, à vous qui êtes gentils, que tant que je serai l'apôtre des gentils, je travaillerai à rendre illustre mon ministère.

14. Pour tâcher d'exciter de l'émulation dans l'esprit de ceux qui ne sont unis selon la chair, et d'en sauver quelques-uns,

15. Car si leur réprobation est devenue la réconciliation du monde, que sera leur rappel, sinon un retour de la mort à la vie ?

16. Car si les prémices des Juifs sont saintes, la masse l'est aussi ; et si la racine est sainte, les rameaux le sont aussi.

17. Si donc quelques-unes des branches ont été rompues, et si vous, qui n'étiez qu'un olivier sauvage, avez été enté parmi celles qui sont demeurées, et avez été fait participant de la sève qui sort de la racine de l'olivier,

18. Vous ne devez pas vous élever de présomption contre les branches naturelles : si vous pensez vous élever au-dessus d'elles, considérez que ce n'est pas vous qui portez la racine, mais que c'est la racine qui vous porte.

19. Vous direz peut-être : Ces branches ont été rompues afin que je fusse enté en leur place.

20. Il est vrai ; elles ont été rompues à cause de leur incréduité ; et pour vous, vous demeurez ferme par votre foi ; mais prenez garde à ne pas vous élever, et tenez-vous dans la crainte.

21. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat.

22. Vide ergo bonitatem et severitatem Dei : in eos quidem, qui ceciderunt, severitatem ; in te autem bonitatem Dei, si permanseris in bonitate ; alioquin et tu excideris.

23. Sed et illi, si non permanserint in incredulitate, inserentur ; potens est enim Deus iterum inserere illos.

24. Nam si tu ex naturali excisus es oleastro, et contra naturam insertus es in bonam olivam, quantò magis illi qui secundum naturam inserentur suo olivæ !

25. Nolo enim vos ignorare, fratres, mysterium hoc (ut non sitis vobis ipsis sapientes), quia cæcitas ex parte contigit in Israël, donec plenitudo gentium intraret.

26. Et sic omnis Israël salvus fiet, sicut scriptum est : Veniet ex Sion, qui eripiat, et avertat impietatem à Jacob ;

27. Et hoc illis à me testamentum, cum abstulero peccata eorum.

28. Secundum Evangelium quidem, inimici propter vos ; secundum electionem autem, charissimi propter patres :

29. Sine penitentia enim sunt dona et vocatio Dei.

30. Sicut enim aliquando et vos non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum,

31. Ita et isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam, ut et ipsi misericordiam consequantur.

32. Concluit enim Deus omnia in incredulitate, ut omnium miseretur.

33. O altitudo divinarum sapientiæ et scientiæ Dei ! quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus !

34. Quis enim cognovit sensum Domini ? aut quis consiliarius ejus fuit ?

35. Aut quis prior dedit illi, et retribuetur ei ?

36. Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia : ipsi gloria in secula. Amen.

## ANALYSIS.

Quia in cap. 9 et 10 docuit Apostolus gentes per fidem ad justitiam et salutem ascitas, Judæos verò ob infidelitatem suam à justitiâ et à salute rejectos,

Hinc in hoc undecimo capite Judæos solatur, gentilibus autem abscondit ansam gloriandi.

Primo itaque versus Judæorum leni dolorem, ex eo quòd non omnis Israël à Deo sit repulsus ; idque primum suo Paulus exemplo probat : Nam et ego Israëlita sum, et tamen fidelis ; deinde et Dei testimonio Eliæ dicentis : Reliqui mihi 7000, etc. Sicut hujus prophætæ temporibus multos sibi Deus fideles servos reservavit in Israël, sic et nunc per suam gratiam.

§ 7. Rem palam aperit, scilicet quòd isti multi fideles, per Dei gratiam reservati, in minore sint numero ; ceteri autem omnes in maximo numero excecati sint ;

21. Car si Dieu n'a point épargné les branches naturelles, vous devez craindre qu'il ne vous épargne pas aussi.

22. Considérez donc la bonté et la sévérité de Dieu ; sa sévérité envers ceux qui sont tombés, et sa bonté envers vous, si toutefois vous demeurez ferme dans l'état où sa bonté vous a mis, autrement vous serez aussi retranché.

23. Si eux-mêmes ne demeurent pas dans leur incréduité, ils seront de nouveau entés sur leur tige, puisque Dieu est tout-puissant pour les enter encore.

24. Car si vous avez été coupé de l'olivier sauvage, qui était votre tige naturelle, pour être enté contre votre nature sur l'olivier franc, à combien plus forte raison ceux qui sont les branches naturelles de l'olivier même, seront ils entés sur leur propre tige !

25. Car je ne veux pas, mes frères, que vous ignoriez ce mystère, afin que vous ne soyez point sages à vos propres yeux, qui est qu'une partie des Juifs est tombée dans l'aveuglement, jusqu'à ce que la plénitude des gentils soit entrée dans l'Eglise.

26. Après quoi, tout Israël sera sauvé, selon qu'il est écrit : Il sortira de Sion un libérateur qui hannira l'impieité de Jacob ;

27. Et c'est là l'alliance que je fais avec eux, lorsque j'aurai effacé leurs péchés.

28. Il est vrai que, selon l'Évangile, ils sont maintenant ennemis, à cause de vous ; mais, selon l'élection, ils sont très-aimés, à cause de leurs pères.

29. Parce que les dons et la vocation de Dieu sont immuables, et il ne s'en repent point.

30. Car, comme autrefois vous ne croyiez point en Dieu, et que vous avez ensuite obtenu miséricorde, à cause de l'incréduité des Juifs,

31. De même à présent les Juifs n'ont point cru, afin que vous réussiez miséricorde, et afin qu'à leur tour ils reçoivent eux-mêmes miséricorde.

32. Car Dieu a renfermé tous les hommes dans l'incréduité, afin de pouvoir exercer sa miséricorde envers tous.

33. O profondeur des trésors de la sagesse et de la science de Dieu ! que ses jugements sont incompréhensibles et ses voies impénétrables !

34. Car qui a connu les desseins de Dieu ? ou qui est entré dans le secret de ses conseils ?

35. Ou qui lui a donné quelque chose le premier pour en prétendre récompense ?

36. Car tout est de lui, tout est par lui, et tout est en lui : à lui seul soit gloire dans tous les siècles. Amen.

juxta prophetarum vaticinia, quæ citat v. 8, 9, 10.

Hinc v. 11 rursus Judæos solatur ; sic tamen ut simul gentiles doceat non superbiere, nec Judæos spernere, tum quia hic Judæorum lapsus non est irreparabilis ; tum quia hic eorum casus fuit gentilibus salus ; si autem eorum lapsus fuit mundi salus, quid erit eorum integra conversio ?

§ 13. Paulus gentium apostolus gentiles monet se suum sic inter eos ministerium implere, ut etiam Judæorum saluti per æmulationem procurandæ intendat (suum ergo gentiles imitentur exemplum), quia Judæorum ad fidem assumptio, erit quasi mundi resurrectio.

§ 16. Judæi sunt à massa sancta, et in sanctis patriarchis Deo consecrata ; sunt rami à radice sancta ; licet autem eorum quamplurimi sint fracti, et gentiles in